Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

iudicia iustitie tue.
Principes persecuti sunt me
gratis et a verbis tuis formi
dabit cor meum. Lete
tor ego super eloquia tua sicut qui in
venit spolia multa. Iniquitatem
odio habui et abominatus sum
legem autem tuam dilexi. Septies
in die laudem dixi tibi super iudicia
iustitie tue. Pax multa diligen
tibus legem tuam et non est illis scan
dalum. Exspectabam salutare
tuum domine et mandata tua dilexi.
Custodivit anima mea testimo
nia tua et dilexit ea vehementer. Ser
vavi mandata tua et testimonia tua
quia omnes vie mee in conspectu
tuo.
Appropinquet
deprecatio mea in conspec
tu tuo domine. iuxta eloquium
tuum da mihi intellectum. Intret
postulatio mea in conspectu tuo se
cundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea ymnum cum
docueris me iustificationes tuas.
Pronuntiabit lingua mea eloq
ium tuum quia omnia mandata
tua equitas. Fiat manus tua
ut salvet me quoniam mandata tui
elegi. Concupivi salutare tuum
domine et lex tua meditatio mea.
Vivet anima mea et laudabit
te et iudicia tua adiuvabunt me.
Erravi sicut ovis que perit.
quere servum tuum domine quia
mandata tua non sum oblitus.
Ad dominum
cum tribularer clamavi et ex
audivit me. Domine libera an
mam meam a labiis iniquis et ali
gua dolosa. Quid detur tibi aut
quid apponatur tibi ad linguam dolo
sa. Sagitte potentis acute cum car
bonibus desolatorius. Heu mihi quia
incolatus meus prolongatus est. hi
tabam cum habitantibus cedar multum
incola fuit anima mea. Cum hi
qui oderunt pacem eram. cum loque
bar illis impugnabant me gratis.
Levavi
oculos meos in montes unde
venit auxilium mihi. Auxi
lium meum a domino qui fecit celum
et terram. Non det in commotionem
pedem tuum. neque dormiet qui custo
dit te. Ecce non dormitabit neque
dormiet qui custodit israel. Dominus
custodit te dominus protectio tua super
manum dexteram tuam. Per diem sol
non uret te neque luna per noctem. Do
minus custodit te ab omni malo
custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum
tuum et exitum tuum. ex hoc nunc et
usque in seculum.
Letatus sum in his que di
cta sunt mihi. in domum domi
ni ibimus. Stantes erant
pedes nostri. in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem que edificatur ut civitas
cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tri
bus domini testimonium israel ad con
fitendum nomini domini. Quia il
luc sederunt sedes in iudicio sedes
super domum David. Rogate que